



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 34. Varii Protestantium motus contra Electorem Palatinum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

Hunc
mino,
t, ut
Me-
spa-
orum
xerit,
orro-
is vi-
a de-
gnem
s, ut
, ac
atum
trum
mere
gnus,
ator:
ensus
ogra-
ois in
spon-
etere
obris
nem
Præ-
Can-
lu-
a ex-
im-
septis
erre,

referre, quod ea inter alias morigera- Sæc. XVIII.
tas Nationes *ex nihilo ad quid magnum* A. C. 1721.
elevata fuerit, ac propterea in gratitu-
dinis signum hunc titulum offerat &c.
Altera mox die Schaffirofus Pro- Can-
cellarius cunctis exterorum Principum
Ministris significabat, suum Ducem ad
subditorum preces titulum Imperatoris
assumpsisse: reclamabant tamen non-
nulli Principes, ac præcipue Carolus
Imperator, eoquod ejusmodi præroga-
tiva sine totius Imperii consensu in-
vehi nequiret.

§. XXXIV.

Varii Protestantium motus contra Electorem Palatinum.

Quamvis Carolus Philippus Palatinus *Struvens*
Elector saepius declarasset, quod *Pfälz. Kirch.*
Religionis gravamina a Calvinistis & *Hjt. cap. 14.*
Lutheranis excogitata juxta Impera-
toris & Principum ab eo deputatorum
sententiam abolere paratus esset, ni-
hilominus Joannes de Reck Angliæ
Regis Consiliarius nomine sic dicti
Corporis Evangelicorum importunus pe-
tebat, ut Elector Calviniano - Eccle-
siasticum Senatum, necnon Ecclesia-
sticorum bonorum administrationem
Heidelberga Manheimium non trans-
ferret, ad officia Protestantes assumeret,
&

Sæc. XVII. & ubique ac præcipue Ebenriedæ om.
A. C. 1721. nia circa Ecclesiastica ad normam Ba-
densis pacis in pristinum statum redu-
ceret. Verum Elector denuo die se-
cunda Januarii declaravit, exspectan-
dum esse Cæsareæ suæ Majestatis ju-
dicium, nec ampliora a se esse expe-
tenda: quoniam vero tam Lutherani
quam Calvinistæ mutuis & clandestinis
congressibus novos motus, præcipue
post adventum præfati Consiliarii, in
urbe concitarent: neçnon circa præ-
sentes Regiminis ac Religionis contro-
versias falsa & injuriosa ad exterros per-
scriberent, publicisque novellis in vul-
gus spargerent, ac propterea ipsem
Reckius a Mezgero Palatino Pro-Ca-
ncellario desuper reprehensus fuisset:
eapropter Elector die decima nona De-
cembris publico edicto interminata e-
tiam mulcta pecuniaria, aliisque pro-
culpæ modo gravioribus poenis omni-
bus Protestantibus subditis suis inhibuit,
ne de religionum intra vel extra Pala-
tinam ditionem negotio cum ullo cu-
juscunque conditionis foret, ore, vel
calamo agerent, vel quasdam relatio-
nes mitterent, sed suas quere-
las duntaxat apud Commissarios in
Religionis causa nominatos deferrent:
Non minus æqua ac necessaria erat
hæc cautela; ut enim Protestantes

exco-

excogitatis suis gravaminibus falso sal- **Sæc. XVIII.**
tem rumore majorem conciliarent aucto- **A. C. 1721.**
ritatem, necnon Electorem, & Catho-
licis Imperii Principibus exosos red-
derent, atroces calumnias contra Ca-
tholicos ac præcipue Jesuitas in publi-
cis Novellis præsertim in Hollandia
disseminarunt, uti patet ex ipsius Elec-
toris Palatini declaratione, quam in
veritatis ac innocentiae testimonium die
vigesima quinta Novembbris anno priori
ex typographia Aulico - Academica
publicam reddidit hujus tenoris:

„Nos Carolus Philippus Dei gratia
„Comes Palatinus Rheni S. R. J. Archi-
„thesaurarius & Elector Bavariæ. Juliane,
„Cliviæ & Montium Dux: Princeps
„Moersiæ, Comes Velldentiæ, Sponhe-
„mii, Marchiæ & Ravensbergæ: Domi-
„nus in Ravenstein &c. Declaramus &
„notum facimus tenore præsentium uni-
„versis, quod cum Nobis Provinciæ
„Rheni superioris, & Flandro Bel-
„gica Societatis Jesu humillime expo-
„suerint, iteratas hactenus & diversas
„a Novellistis calumnias Societati suæ
„fere ubique, potissimum autem in Hol-
„landia, non sine gravissimo Provinciæ
„Flandro - belgicæ detimento esse affi-
„ctas, ac si nimirum Heidelbergenses præ-
„fatæ Societatis Patres omnium, quæ
„hactenus in Palatinatu, tam quoad
„Cate-

Sæc. XVIII „Catechisnum Heidelbergensem quam
A. C. 1721. „templum S. Spiritus acta sunt, cæte-
„rariumque turbarum auctores, atque
„studiosi, ad irrogandas tam persona-
„les, quam reales injurias famulis Le-
„gatorum exterorum, a Jesuitis inci-
„tati, imo quod plus est, ab his iussi
„effent, ut unum e famulis Legati
„Serenissimi Regis Angliæ, sive vivum,
„sive mortuum ad Collegium deferant.
„Et cum hoc ipsum rite examinatum,
„omnino a veritate alienum deprehen-
„deretur: evulgatum a malevolis am-
„plius esse, impostorem, qui hoc
„ipsum sparserat, a Jesuitis in colle-
„gium suum clam traductum corrū-
„ptumque fugam arripuisse. Quæ &
„similia licet juxta protocolla Universi-
„tatis falsa prorsus inventa essent, ta-
„men tandem fidem passim & præser-
„tim apud præpotentes DD. Status
„Generales Belgii fæderati invenisse,
„ut iisdem permoti omnes Societatis
„Missionarios e Provinciis suis exesse
„jusserint, &c. ac proinde sibi incumbere
„ne moderno aut futuris temporibus
„disteria hæc fidem inveniant, sibi &
„famæ Societatis suæ nocitaram, ma-
„turis remediis præcavere; demississime
„supplicando, quatenus auctoritatem
„nostram Electoralem interponere, pu-
„blicoque testimonio tot afflictas calum-
„nias

A. C. 1721.

„nias amoliri a Societate clementer Sæc. XVIII.
„dignaremur. Nos submissis pariter,
„& æquis earumdem precibus benigne
„annuerimus, prout per præsentes an-
„nuimus ac proinde fide & auctoritate
„Electoralis testamur, palamque faci-
„mus omnibus & singulis, nihil eorum,
„quæ predictis Patribus imputata sunt,
„inventum esse per eos, quos ordinavi-
„mus ad indagandam rei veritatem,
„tam e Regimine Electorali, quam Uni-
„versitate nostra, utriusque Religionis
„Commisariis, prout eorum acta pu-
„blica, necnon protocolla, singulorum-
„que membrorum dictæ Universitatis,
„quæ hac de re colligi, Nobisque re-
„ferri jussimus vota, id palam & ab-
„unde testantur, atque ideo inique
„agi, actumque cum sæpe dictis Patri-
„bus hucusque esse, si sub hoc vel alio
„prætextu, ab his vel illis statibus,
„aut aliis quibuscumque, quas hacte-
„nus contra æquitatem passi sunt, per-
„secutiones deinceps & oppressiones
„sustinere cogantur, a quibus, ut con-
„fidimus fore, ut abstineatur in posterum,
„ita, quæ hactenus contra jus fasque
„ex falsis solummodo conflictisque rumo-
„ribus in immerentes statuta sunt, ab-
„roganda iterum, condignisque reme-
„diis emendanda esse speramus, in
„cujus rei fidem has ipsis literas manu-

Hist. Eccles. Tom. LXXI. K ,no-

Sæc. XVIII. „nostra subscriptas, & sigilli Nostri
A. C. 1721. „Electoralis appressione munitas dedi-
 „mus. Manheimii die 25. Novembris
 „MDCCXX.

CAROLUS PHILIPPUS,
 Elector Palatinus.

§. XXXV.

*Protestantium querelæ contra hoc Elec-
 toris Palatini edictum.*

Kern Chron. Pupugit Ratisbonenses Protestantium
 pag. 45. Principum Legatos præfatum Pa-
 latini Electoris edictum, quapropter ha-
 bita consultatione die vigesima secunda
 Januarii Cæsari exponebant, hoc e-
 dicto contra Pacem Westphalicam Pro-
 testantes subditos in suæ Religionis li-
 bertate turbari, eoquod eis vel apud
 Cæsarem vel supremas Imperii Curias
 scriptotenus suas querelas deferre,
 opem & patrocinium quærere, inter-
 diceretur, Imperatoris etiam sicut &
 ceterorum Principum utpote compa-
 cissentium potestati injuriam fieri, eo-
 quod suum officium, quo juxta secun-
 dum Capitulationis articulum Religio-
 nis oppressionem præcavere & pacis
 leges contra quemcunque tueri tenen-
 tur, exequi præpedirentur, si interdictio
 literarum commercio ne minima.n qui-
 dem